



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

imper al. caus. appell. redd: poss. Appellat  
 quoq; is, cui mandatum est, tametsi prior  
 velà iudicio expertus non sit: item cui man-  
 datum non est, si ratam habeat appellatio-  
 nem ab eo interpositam Dominus. Hoc  
 amplius citra mandatum auditur. Ma-  
 ter in causâ filii, maritus in causâ uxoris.  
*L. 1. ff. de appell. recip. & generaliter qui-*  
 cunq; citra mandatum agere possunt, re-  
 stè dixeris & sine mandato appellare pos-  
 se, *Gail. r. obs. 133.* Nomine autem eius, qui  
 ad supplicium dicitur, humanitatis gratia  
 quilibet appellare conceditur, per *L. non*  
*spentum.* *6. ff. de appellatione.* *Quid si unus*  
*è pluribus sociis appellaverit? si cau-*  
*sa communis sit, & una eademq; omni-*  
*um defensio, appellatio ejus etiam pro-*  
*dest cæteris, qui non appellaverint per *L. 1.**  
*6. 2. Cod: si unus è pluribus appellat. S E D*  
*an Dominus in causa subditorum citra*  
*mandatum appellare potest? Rectè à*  
*plerisque respondetur, non aliter posse ni-*  
*si ipsorum intersit *L. 5. ff. de appell.**

*3. Quemadmodum verò quilibet gra-*  
*vatus, & cuius interest, appellare potest,*  
*ita è diverso non gravatus, & cuius non*

interest non appellat, quia gravamen est causa appellationis, quo proinde cessante cessat appellatio. Unde non habet jus appellandi condemnatus ob contumacem absentiam, quia non dicitur is gravatus. *L. ex consensu 23. §. ult. ff. de appell.* Officiales à suo Judice condemnati ob delictum in officio commissum. *L. 3. C. quorum ap-*  
*pel: non recip.* Malefici, & ii, qui manifesta, & notoriam violentiam commiserunt, si crimen confessi, aut de eo convicti fuerint: quia non dicuntur gravati. *L. 2. C. eod: 16. de appell:* Perdit etiam jus appellandi, qui ei renunciaverit, seu pactus cum suo adversario fuerit in iudicio se non appellaturum *L. ult. §. ult. C. de temp. appell:* sed hoc procedit in causâ civili, non autem in criminali, præfertim capitibus, ut bene limitat. *Felin: in capit. Si diligenti. de foro competenti.* Item non appellat condemnatus pro debito publico.

4. Regulariter appellatio fieri potest ab omni Judice, qui sententiam tulit. *Can. Omnis: can: ad Romanam 2. q. 7.* cum enim appellatio sit species defensionis *cap. cum specialis. 61. §. Porro, h. tit.* debet omnibus regu-